

N. 5.

A. D. 977.

(ottobre, Indiz. V).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Maio cler. et not.
<i>Descrizione</i>	Forma quasi rettang.: alt. 0,56, largh. 0,28. Tagliata d. p. per cm. 14 accanto alle sottoscrizioni.
<i>Scrittura</i>	Corsiva.
<i>Contenuto</i>	I coniugi Rodelgardo e Rigale, di Bari, vendono a Leone, f. Epiphani presbiteri, di Bari, due pezzi di terra nella località detta Padule de Sepi, pel prezzo di 6 soldi Costantini.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine dei eterni. Hoctavodecimo anno imperii domini Basili. et cum eo regnante domino Constantino frater eius. sanctissimis imperatoribus nostris mense hoctubrio quinta indictione. Ideoque ego Rodelgardo f. qd. Amelgardi; qui sum nativo de civitate Bari. quam et ego mulier nomine Rigale uxor qui sum istius predicti Rodelgardi. Clarefacimus ante presentia Paoni clerici et gastaldei et Falconi iudici, et de alii vonorum hominum qui subter adscripti sunt. quoniam in matina, qui se vocat padule de sepi. havemus ibidem pertinentem terre, et congruum ac voluntarie nobis est terre ipse vindere pro nostra utilitate facihendum. et sic ego nominata Rigale per largihentiam ipsius viri mei. seu et cum consensu et voluntate Kaloiohanni et Petro germani et f. mei, qui mecum unianimiter in ac carta manum posuerunt. quam et per interrogationem supradicti iudici qui me mulier secundum legis ordinem diligenter interrogavit si vona mea voluntate ipsa quartam meam ex ipse terre vindere, set ego manifestante me ac dicente. vona mea voluntate illos facihente. pro hac itaque ratione. nos superius dicti Rodelgardo et Rigale virque uxor, dum nobis congruum est vone etenim nostre voluntatis, unianimiter pariterque consensu per hanc videlicet cartam venditionis. venundedimus quidem tibi Leo f. qd. Epiphani presbiteri. qui sis nativo de nominata civitate Bari. hoc sunt enim integre duo pecie de terre. una pecia de triginta modie seminationem. et alia pecia de quattuor versurie. qui se vocat puzoplancani. quam havemus ut diximus in ipsa matina padule de sepi. nam dicimus fines ad una pecia qui est de ipse triginta modie. prima parte fine terra Johanni f. Teudelprandi. de secunda parte fine terre tueque Leoni hemptori. de tertia parte fine iterum terre tueque hemptori. et fine terre Simeoni clerici et de Nikiforo. de quarta autem parte fine est ipso pantone. Ipsa alia pecia qui se vocat puzoplancani. havet finis prima parte fine terra Saporiti. f. Adelgari. de lama. de secunda parte fine terre Arguti f. (*manca*) de loco Grumo. de tertia parte fine terre de filii Kaloiohanni de Ermefrid. de quarta autem parte fine iterum ipso pantone. Infra has autem finis integre ipse duo pecie de terre tibi venundedimus cum inclita ipsa quarta meaue Rigale. quod ibi habui. sic una cum gira et tornatoria sua, anditis trasitis et exitis suis. et totum cum inferius superiusque suis. quam et cum omnia infro se haventes. unde nec nobis neque ad heredibus nostris. neque ad nullum alium hominem

ex predicta nostra venditiones. nichil exinde reservamus requirendi portionem, set sicut superius legitur inclite ipse duo pecie de terre tibi venundedimus possidendum. pro quibus confirmandam tibi hec nostra venditione, nunc de presente recepimus insimul nos qs. virque uxor a te prescripto Leo hemptore nostro. exinde finitum pretium auro constantinos solidos sex. in ea videlicet ratione ut amodo et semper. tu supradicto hemptore nostro, et tuis heredibus. iamdicta integra nostra venditiones (1) havere et securo nomine firmiter possidere valeatis. et faciatis exinde omnia quod volueritis (1) sine cuiuscumque hominum contradictionem. de quibus repromittimus et obligamus nos qs. virque uxor (2) omnesque nostros conligamus heredibus supradicta integra nostra venditiones tibi nominati hemptori nostro. et ad tuis heredibus nos eas vobis ab omnibus hominibus inantistare et defendere. super hoc autem nos qs. Rodelgardo et Rigale virque uxor, una cum ipsi prescripti f. nostri. vone nostre voluntatis guadiam tibi Leoni hemptori nostro dedimus et mediatorem tibi posuimus Saffiro f. (*manca*) qui est nativo de castello Monopolim. et nunc est havitator intus predicta civitate Bari. tinore quidem. ut amodo in antea omni quoque tempore nos et nostris heredibus defensemus tibi et ad tuis heredibus supradicta integra nostra venditiones da omnes homines sicut superius legitur. qui vobis exinde aliquit tollere aut contrare voluerint. quit (3) si illas vobis non defensaverimus aut si nos ipsis qualiscumque tempore per quolivet ingenium retornare quesierimus, tunc ante omnia questio nostra modis omnibus adversus vos bacua sit. et nichil proficiad. et duplum supradictum pretium nos vobis componere obligamus insuper et obligamus vobis componendum decem solidos constantinos et in antea per invitis vobis defensemus integra nostra venditiones in eo ordine sicut superius legitur. eo quod ipse mediator vester, tribuit vobis licentiam se pignerandum per omnia sua pignera legitima et inlegitima. et hec carta venditionis in supradicta ratione sit firmam quam te Maio clericus atque notarius scrivere rogavimus in civitate Bari.

† ego qs. Pao clericus et gastaldeus

† ego Cricori testis sum

† ΕΓΩ ΠΑΡΗ ΜΑΡΤΗΣ

(1) L'ultima sillaba è staccata dal resto della parola da un foro originale della carta.

(2) Questa è separata dalla parola precedente da un foro originale della carta.

(3) V. cartá preced. n. 3. Qui è abbreviato qt, col q tagliato orizzontalmente in gambo.